Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Alchemistische Sammelhandschrift - Cod. Allerheiligen 3

Nagel, Paul

[Leipzig], [um 1605]

>Ex Dialogo Mercurii, Alchymistae et naturae<.

urn:nbn:de:bsz:31-50343

Unus est mercurius sed variatus varijs locis, una pars purior altera.

☿. Commiserunt me miseri rebus mihi semper contrarijs, unde non possum peruenire ad vires meas.

☿. Nunquam inobediens fui alicui philosopho.

☿. Sum ego seruus philosophorum, quod illi ex me facere volunt faciunt, ego illis in quantum possum obedio. Sum ego ☿ sed est et alius.

☿ ut sit obediens filijs doctrinæ quærentibus se nã iubet.

☿. Philosophi docent naturam naturis miscendam & extra naturam nihil iubent, tu vero me cum omnibus feri rebus sordidissimis & stercorib: misces, seminas me in stercus & tempore messis euanesco, tu vero stercus metere soles.

☿ Constans ego sum constanti artifici, fixus fixo animo, sed tu & tui similes inconstantes sunt vagantes ex una re in aliam ex una via in aliam.

☿. Certè fructus ab arbore non procul cadit, sed ego meam gloriam non quæro, sum idem qui fui sed anni mei diuersi sunt. Ab initio juuenis fui, tam diu quam diu fui solus, sed iam senior sum sed idem qui fui ante.

☿. Centrum meum est cor omnium fixissimum immortale & penetrans, in illo est requies domini mei. Ego vero ipse sum via & cursor, peregrinus & domesticus fidelissimus sum meis socijs non relinquo comitantes me, cum illis maneo, cum illis pereo. Sum corpus immortale, morior quidem cum occidor sed ad iudicium coram sagaci iudice resurgo.

☿. Non quidem sum lapis φorz sed mater mea talis est ex illa nascitur artificialiter unum aliquid, frater

verò meus qui in arce habitat, in velle sua habet quicquid
vult. Mater mea genuit me, sed ego senior sum matre.

☿. Non sum fontina sed aqua sum, fontina me cir-
cumdedit. Quicquid meum est amo sicut amicum
et quicquid meum nascitur huic nutrimentum do &
quicquid nudum est alis meis tego.

☿. Non timeo △m. sed ipse △ sum, sum a. fugitivus, quia
spiritus meus cum spir: △s. amant se & quod potest comitatur quo valet.

☿. Siquis △m cordis mei novit, vidit ignem (est calorem debitum)
cibum meum esse, & quo diutius △m spiritus cordis mei co-
medit, pinguior erit cuius mors nostra vita omnium
rerum est, quaecunque in hoc regno sunt ubi ego sum. Ignis
sum itaque, ignis est mihi cibus: vita verò ignis aer est, sine
aere △ extinguitur: △ superat aerem, ideo non quiesco, nec me
crudum potest constringere aer. Adde aerem aeri, ut sint am-
bo unum ☉ teneant pondus, cum △ calido coniunge, tem-
poribus da ad custodiendum, subtrahat superfluum, resid-
uum combures igne, in ▽m pones, coques postea, coctum
aegrotis in medicinam dabis.

Natura: Tu Pseudochemista contraria mihi omnia feceris, prae-
sertim cum hoc obedientissimo filio ☿o, suaviter cum illo
procede per digestionem solummodo. Fac ☿um per ☿um.

Natura: Scito quod ego multos filios & filias habeo & adsum
praesto quaerentibus me, si digni sunt. Est autem mihi unus talis
filius (✳) unus ex 7. est, et primus est, ipse quoque omnia est
qui unus tantum erat: nihil est et numerus eius integer est.
In illo sunt 4 Elementa, et tamen non est elementum: spiritus
est qui tamen corpus est: Vir est & tamen vices foeminae
agit: puer est et viri arma gerit: animal est & tamen alas
avis habet. Venenum est et tamen lepram curat: vita est et
tamen omnia occidit: Rex est alter tamen possidet eius regnum:
fugit cum △e, et tamen ex illo paratur △s. ▽a est & non
madefacit: terra est & tamen seminatur: aer est et vivit
aqua. S

Sapienti sat.

Qui haec non intelligit nunquam perveniet
ad scientiam.